



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Oratione plurimum delectatur quam Christus valedi, cens suis vsurpauit.
n. 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

tua Sion, ut edificentur muri Hierusalem, lapidem electum aliquando ipsum futurum innuisset Cælestis Hierusalem; " Licet nunquam, inquit, perueniam ad Cælum, modò te Deus glorificem, fiat voluntas tua.) Et, " Pone me ubi vis, age mecum liberè in omnibus; fiat, fiat, liberrimè, integerrimè, exactissimè.

1635.

XXII. Vltimis vitæ horis, cum iam præ debilitate vix loqui posset, prælegi sibi curauit Orationem illam Christi Domini quâ Apostolis valedicturus Patrem æternum precatuſ est; Et integram quidem sitientibus audiuit auribus, ad illa tamen potissimum verba adijciens animum *Pater quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, & illi mecum sint, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi; quia dilexisti me ante constitutionem mundi.* Hoc nobis (inquit) vsquequaque conuenire videtur; extra autem hoc quid est quod meâ refert? die Dominico (qui dies fuit illi supremus) cum post duodecimam noctis, horâ non animaduersâ, ad subleuandam tussis molestiam paululum Syrupi accepisset, re compertâ, non mediocri affligebatur dolore quòd panis Angelici lumen diuinitate carendum ei esset. Et Rector quidem, qui illi de nocte adfuerat, optimum duxit eo illum impellere, vt exultâ propriâ voluntate, diuinæ acquiesceret, quò Christum imitaretur propius, qui proposito sibi gaudio sustinuit Crucem, & in ipsis mortis angustijs deleri se quodammodo ab æterno Patre passus est; neque longo opus fuit verborum circuitu ad persuadendum; illico enim " Domine, inquit, si vis me non communicare, sis benedictus.) & alios alijs conformitatis amorisque in Christum patientem actibus actus innectens, ijs fere verbis quæ in diuino officio sacro Parasceues die vsurpantur *Ego propter te flagellauit Aegyptum* &c Christi seruatoris benignitatem summis laudibus efferebat, qui sibi immerenti adeò fuisset propitius: Atque vt in Domini sui passionum aliquam saltem partem veniret, à Rectore petijt vt adhibita alterius opera, cum sibi vires non essent, flagellis in se animaduerneretur. Perspectâ hac mentis æquitate, bono iussus est esse animo; non enim priuandum esse eo quod tantopere optabat sacræ Communionis solatio. Dicitur facillè non potest quantis ad nuncium optatissimum inceserit lætitijs: quicumq; eum inuiscebat, hunc rogabat sibi vt congratularetur: & nê qua deesset non animi modò sed corporis mundities, manus ac pedes lauari, indusium & cætera voluit habere recentia, humi denique in strato vimineo collocari, vt humilis Domini Sacratissimum corpus, quâ posset submissione suscipere; datoque ad recollectionem aliquanto spatio in priorem lectum impositus, inter suauissima *Iesu* & *Mariæ* nomina, & illud vsitatum *fiat voluntas tua*, precumque præsidia quæ in commendatione animæ dici solent, spiritum Deo reddidit, exemplo futurus quàm expetenda res sit ijs præsidijs munitum ex hac vita decedere quæ Religioso in statu perseveranti deesse non possunt.

Oratione plurimum delectatur quam Christus valedicens suis vsurpauit.

Sacratissimæ Eucharistie sumendum desiderium.

XXIV. *Blondus* interea septuagenario maior cum *Mutio* Generali agebat de officij sarcinâ deponenda, quam quintumdecimum iam annum

P p p

summâ